

adhibui ecce illam, et pro cive Mercatore, in ~~oldem~~ Ten
toburgo dedi, hoc ipso nomine, satis atque abunde
gloriosa. Ama me, et hanc tantum festinationem
boni consule. Haga Pod: Nat: Domini 1648.

Epigramma sic correctum mihi

Mercurique artes bonas
Marti subactas, unis Apollo incola
Haec damna pensat: ecce qui superstitio
Felicis publicae tristi rogo
Famam perennis. &c.

Ad Schurmannam. Nobilissima Virgo.

(415).

Vides quam nulla mihi neque corporis neque animi digressio
enallere illam vel interrumpere valeat perpetuas de
virtute tua cum stupore cogitationes. Parum
fuit quod, te faciente, comites Musas plastro vexerim,
ecce nunc inter famulos, quos a tergo et a fronte habui
medius discurrens eques, totis non quatuor horis
seidam vectus de te et ad te nos mecum sermones habui,
hos, inquam, volando versus feci, quod nec Mercurio
credas in mentem hactenus venisse; ut nec ~~ipsum~~^{ipsum}
alatum patrem pulcherrimos illos questus, quam
regione requiramus et quae sequebantur, aliam quam
prosa oratione protulisse. At Aethiopes nimirum
Musae, neutri ne fando quidem innotuerunt, quibus
ergo tu currenti facillime succuristi. Ut ex hoc
stadio me praecipiam, nummos ecce mitto Gallicos
quos in praetio mihi esse dicebam, Varini alterum
alterum ~~res~~ du Pre, praestantissimorum artificum
atque in illo Regno maxime celeberrimo, dubito an
superstitum. Utra manus utri praestet tu judi-
cabis, et ni fallor, illam tuam omnipotentem, ut
in versu dixi, aegre continebis ab hisce tantis viris
imitandis vel superandis. Ejus quid acciderit ali-
quando certior fieri auebo. Vale nobilissima domina
Atagas Com: $\frac{4}{14}$. Dat: MDCCXLIX.

Heinsio.